



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 85. Battorius Cardinalis a Michaele Valachiæ Præfecto profligatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI. nopoly cum octodecim belli tormentis  
 A.C. 1599. Hemenstadium contendit.

§. LXXXV.

*Bathorius Cardinalis a Michaelē Valachiae Præfecto profligatus.*

*Havvæus de bello Belg. ad hunc ann. Spond. & Thuan. l. c. Petrus de Reva de Monarchia Regni Hungarici centu. 6.*

**A**ndreas Cardinalis, cum Cæsaris gratiam recuperare desperaret, saltem Michaelē Valachiae Vaivodam ab armis capeffendis avertere nitebatur: quapropter Oratorem Pontificium veluti a Cæsare missum ablegabat, qui Patrice, & Rudolphi nomine Michaeli nuntiaret, ut quantocius Transylvaniæ finibus excederet, nullamque huic Provinciæ molestiam inferret: verum hic, cum aucupandæ Transylvaniæ Præfecturæ spes ipsum ad arma Cæsari suppeditanda incitasset, de rei veritate dubitans, novum hoc Imperatoris mandatum sibi exhiberi postulabat, Oratore autem id penes Bathorium asservari affirmante Michael, prout jussus erat, hostilem in modum adverſus Cardinalem agere incipiebat, castrisque ad Cibinium propugnaculum, ubi Cardinalis hærebat, promotis faciem ad Cardinalem misit, qui eidem denuntiaret, nisi quantocius ab armis desisteret, Cæsarisque clementiæ se submitteret, arma ad ejus exitium parata fore. Cardinalis tam arroganti denuntiatione commotus remisso



Sæcul. XVI.  
A.C. 1599.

misso Feziali unacum Jcunica Molda-  
 viæ Despota, quem sibi conciliaverat,  
 prior hostem aggredi statuit, collectis-  
 que decem suorum millibus urbe exces-  
 sit, necnon die vigesima octava Octo-  
 bris sanctis Apostolis Simoni, & Judæ  
 sacra in campis Cibiensibus prælium  
 iniit, ubi per quinque circiter horas u-  
 trinque majori pugnandi aviditate,  
 quam militari peritia certatum, tandem  
 vero Cardinalis a Michaelae profligatus  
 & mille centum, ac octodecim suorum  
 cælis, totidemque captis nonnisi cum  
 paucis aufugere compulsus est, ex ad-  
 verso autem Michael Vaivoda direptis  
 castris, necnon opima præda onustus  
 cum quadraginta quinque belli tormen-  
 tis, quæ hosti eripuerat, Hustam, &  
 Claudiopolim die prima Novembris vi-  
 ctor ingrediebatur, & continuato victo-  
 riarum cursu Albam Juliam, ceterasque  
 Transylvaniae Urbes occupavit, necnon  
 totum Principatum rursus Rudolphi Cæ-  
 saris tanquam Hungariæ Regis impe-  
 rio subjecit, qui tamen, cum Transylva-  
 niam sibi, suoque filio jure hæreditario  
 unacum aliis Hungariæ urbibus, cun-  
 ctisque bonis Sigismundo Bathorio a  
 Cæsare concessis relinqui peteret, ac de  
 Turcarum societate admodum suspen-  
 ditus esset, necnon Præfecturam aliis a  
 Rudolpho submissis cedere, & Georgio  
 Bastæ



Sæcul. XVI. A.C. 1599. Bastæ parere renueret, Cæsaris indignationem incurrebat, quod novis multibus fomitem præbuit.

§. LXXXVI.

*Andreas Bathorius Cardinalis miser trucidatus.*

*Ciacon. to. 4. p. 107.* *Spond. hoc ann. n. 2.* *Thuan' l. 122* *Offat. epist. ad Villaregium die 13.* *Jan. ann. 1600.* **N**ondum hic stetit sinistrae fortunæ Cardinalem Bathorium insequenti-  
tis invidia; cum enim in fugam actus  
Claudiopolin venisset, secumque aspoc-  
tatis, quas potuit, pretiosissimis re-  
bus Hustam, inde ad gentilitiam ur-  
bem Somlion nomine secessisset, a Georgio  
tamen Basta interceptus est, atque inter-  
tato mortis metu non nisi tradita Alba-  
Julia libertatem redimere potuit: om-  
misso igitur præcipuo Transylvaniæ pro-  
pugnaculo, cum nullibi tutus esset, per  
montana errando, famemque, ac sitim  
tolerando securitati suæ consulere cog-  
batur, ac demum ad montis Aitolli ra-  
dices in Transylvaniæ finibus cum sa-  
rum paucis perveniens, ementita velte  
fluvium trajicere parabat: attamen a  
rusticis quibusdam Michaeli Voivode  
inservientibus agnitus nono post insau-  
stum prælium die misere trucidatus est;  
nec tamen adhuc tanti viri cæde bar-  
barorum furor satiabatur, quippe in  
ipsius etiam cadaver sævientes mortuo  
caput abscindebant, illudque Michael  
Vala-